

possint legibus comprehendendi. Hinc est regula Practicorum: *Omnia in aicia Legibus comprehendendi non possunt.* Sigism. Flachius in *Colleg. Crimin. diss. 5. num. 56.* Quò tendit JCtus Callistratus in l.3. § 2. ff. de *Testib.* quando ait: *Nullò certè modò satis definiri potest, quæ argumenta ad quem modum probandæ cniue rei sufficient.* Ratio est, quia *indicia desumuntur ex facto, ex quo etiam Jus desumitur:* Sed mutatō factō vel quoad unam quandam notabilem circumstantiam, mutatur *Jus ipsum.* Zanger 5.2. num. 227. p. 837. Ubi addit, quod secundum diversitatem factorum diversum reddatur consilium: *Quæ verò facti sunt, & exinde petenda sunt, certò definiri nequeunt, quia, nisi cognitis probè circumstan- tuis rectè dijudicari haut possunt.* 2. *Quod materia indiciorum Judicis arbitrio sit committenda.* per l.3. §. 2. ff. de *Testib.* Quando in materia indiciorum versamur, ubi certa doctrina dari nequit, tum rēs Judicis arbitrio est committenda. Corradus in *Pract. Tit. de neg. Crimin. & tort. n. 15.* fol. 291. Farinac. lib. 1. tit. 5. quest. 37. num. 192. p. 599. Hinc ait Julius Clarus, l.5. sent. § fin. quest. 20. pr. fol. 514. In materia indiciorum non potest certa dari doctrina, sed totum hoc relinquitur arbitrio boni viri, qui secundum qualitatem personæ, delicti, & demonstrationum judicabit indicium esse sufficiens vel non. Octavianus Vulpellus *Resp. Crimin. 109. num. 10. pag. 86.* Ratio hujus est, quia quicquid in jure non est determinatum, illud Judicis arbitrio committitur. C. de causis 4. Ext. de offic. de leg. Damhoud. in *Praxi Crimin. c. 36. num. 10. p. 27.* Quod tamen Judicis arbitrium, uti supra ad artic 6. dixi, non debet esse plenè absolutum, & omni modo liberum, sed Juri & æquitati conveniens. Hippol. de Marsil. in *Pract. Crimin. §. diligenter. num. 24. pag. 386.* Balard. ad Jul. Clar. l.5. sent. §. fin. quest. 64. num. 56. p. 759. Menoch. l.2. cent. 3. cas. 278. num. 4. p. 528. de A. J. Quest. Generale enim hoc est non tantum in materia indiciorum, sed etiam in omni alio negotio & causa, in qua Judex vel à Lege vel ab homine habet arbitrium, quod illud gubernari debeat secundum tramites Juris & æquitatis. Et cum aliquid relinquitur Judicis arbitrio, utique illud intelligitur de arbitrio boni viri. Joseph. Mascard. Vol. 3. Concl. 1392. n. 19. pag. 318. de Probat. Farinac. lib. 1. tit. 5. quest. 37. num. 193, 194. pag. 600. Oper. Crimin.

3. *Quod Imperator quibusdam regulis indicia in sequentibus, quantum fieri poterit, includere voluerit, quænam scilicet legitima & indubitata dicantur indicia, & unde illa sint deponenda;* Idque propterea, quia s̄epe Judices & Assessores, qui de vita & sanguine hominis judicare volunt